



Materiały
do sądów w Polsce
zebrane przez Franciszka Piekosińskiego.

Zapiski
do
Sądu komisarskiego
sześciu miast

1393.

Actum feria sexta post diem sancti Gregorij. — Jurati ~~Zöda~~ ~~cō (x)~~ suppremi Juris Theutunici castri Cracouiensis, necnon omnes, qui tunc temporis ex mandato domini capitanei ad discernendum causas inter Hannussonem Trudonis et Jannussium de Woliwanii et inter Nicolaum Scaffar aduocatum Cracouiensem et Hannussonem Gerlaci convenerunt, videlicet de Bochnya duo, de Wieliczka duo, et de Ilcus duo iurati fatentur, quod predictus Hannus Gerlaci non posuit coram eisdem iuratis senteciam latam per iuratos suppremi Juris castri Cracouiensis ad scabinos ciuitatis et iudicij Cracouiensis, prout sibi per dominum Sulconem iudicem castri Cracouiensis mandatum oretenus fuerat, quod eciam ipse dominus Sulco mandasse sibi coram nobis recognouit. Quam oblacionem et posicionem eiusdem sentencie predicti iurati a mane usque post meridiem expectauerunt.

Jus Supr. N. 1 str. 23.

1409.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie cet. Fidelibus nostris dilectis, aduocato et scabinis Supremi Iuris Theutunici castri nostri Cracouiensis ac ciuibus ceterarum ciuitatum[1] pro dis-cussione cause et facti Pilsnensis aduocacie conuocatis, gra-ciam et omne bonum. Veridica relacione cognouimus, quomodo nesciuimus, quo timore concussi aut errore seducti, factum predicte aduocacie hucusque discutere noluistis. Quocirca vobis et vestrum cuilibet mandamus seriose, omnino ha-bere volentes, quatenus in facto hinc nil habeat apud vos fauor vsurpare, timor aut minacio preualere uel premium iusticiam euertere, sed libram iusticie et solum Deum habentes pre oculis, factum huiusmodi super festum sancti Iacobi affuturi, inuicem consedentes, finaliter decidatis. Hos, si qui vobis occasione eiusdem facti minas aliquas incusserint, nobis intimantes, nam hoc ipsum factum eciam nostram concernit maiesta-tem. Datum Gnezne feria secunda post festum sancti Viti, anno Domini millesimo CCCC^{mo} nono. Relacio dni Nicolai vicecancellarij.

1) oczywiście „Sex Ciuitatum".

Ius Sup. N. 2 str. 1.

Wladislaus dei gracia rex Polonie etc. fidelibus nostris dilectis iudici, subiudici, camerarijs ceterisque officialibus in iudicijs nostris Cracouiensibus et Sandomiriensibus presidentibus, necnon per totum regnum nostrum vbilibet constitutis, presentibus requirendis, nobis dilectis, graciam et omne bonum. Fideles nostri dilecti! Quia nobilis Katherina cum Petro filio suo de Curow, suo nuperrime orbati gubernatore et tutore, videlicet reuerendissimo in Christo patre, domino Nicolao olim archiepiscopo Gneznensi, qui dominus archiepiscopus ipsorum bonorum tutor existebat et gubernator, terminos iudiciales non valent comode attemptare, vnde ipsius Katherine et filij sui dispendiorum incomodis consulere volentes remedijs oportunis et turbaciones eis incumbentes alleuiare graciose, ipsam cum filio sui predicto ab inpeticione omnium terminorum iudicialium ad vnius anni decursum absoluimus et omnino liberamus. Quocirca fidelitati vestri et vestrum cuilibet nostris damus firmis regalibus in mandatis, quatenus predictam Katherinam cum Petro filio suo predicto in iudicijs vestris nulla presumatis iudicare racione, gracie nostre sub obtentu secus non facturi. Datum in Kobreslany feria quinta proxima post festum sancti Mathei apostoli et ewangeliste, anno Domini M° CCCC^mo XI°.

./.

Relacio Bartosij subcamerarij Sandomiriensis.

Feria secunda post festum s. Stanislai Penthecostes proxima.

Quod cum per mandatum Serenissimi principis et domini, domini Wladislay Dei gracia regis Polonie etc., necnon nobilium virorum strenui ac nobilis viri domini Nicolay heredis de Michalow palatini Sandomiriensis et capitanei castri Crac. necnon nobilis viri domini Cristini heredis de Hostrow et dominis tunc temporis assedentibus (s) et ad hec adaudientibus hijs duobus nobilibus viris ad mandatum domini capitanei iudicium fuit bannitum feria quinta proxima post festum sancti Stanislay in Maio, de anno Domini M°CCCC° XX secundo per Sigismundum advocatum et scabinos Iuris supremi provincialis Theutunici Meydburgensis castri Cracoviensis in castro Cracoviensi et more solito in loco consueto celebratum, sexque civitatum honestis ac prudentibus iurisperitis viris consulibus, per serenissimi principis regis et domini nostri literale mandatum ad causam hanc parcium diffiniendam, inter Paulum Ostroskam actorem ex una et consules et scabinos Cracovienses parte ex altera, de qualibet duobus civitate: de Cracovia, de Ilkus, de Kazimiria, de Weliczka, de Bochna, de Nova Sandecz que duobus, in eodem iudicio sedentibus, coram quo et in quo iudicio bannito, iudex Sigismundus Iuris Supremi . . . . banniendo presencialiter

deputatus, per ministerialem iussit et mandavit eidem ministeriali clamare, si quis habet iuridice agere, agat. Tunc Paulus Ostroska suis pro iniurijs accedens querulavit contra et adversus cives Cracovienses pro, de et super iniurijs sibi illatis. Extunc advocatus Johannes dictus Fredlant civitatis Cracoviensis, actori volens respondere, causam propter eundem Paulum Ostroska civem Cracoviensem innodatam maioribus sentencijs excommunicacionum (s). Et idem viri audilis et visis literis reverendi doctoris magistri Stanislaij, suis proprijs sigillis easdem literas coram nobis protunc sigillatas ac hijs ydoneisque iurisperitis viris prudentibus ac circumspectis viris VII (s) civitatum consulibus iudex Johannes dictus Fredlant dixit: expurgat se prius idem Paulus Ostroska de innodacionibus ac suis sentencijs agravacionum, sibi ad obiecta respondebo. Fuit autem ex utraque parte alternacionibus ille ipse . . . tates sentenciam ediderunt in hec verba: T. (s) quod ex quo Paulus Ostroska existens actor, est maioribus sentencijs agravacionum extitit ligatus et innodatus, extunc consules civitatis Cracoviensis et quilibet alter istorum sibi non tenetur ad obiecta iudicialiter respondere, quousque idem Paulus beneficium absolucionis obtinuerit. Tunc idem Paulus Ostroska dixit, se velle equitare ad curiam Romanam, ad papam, agendo in sua causa contra illos, cum quibuscumque est aliquid agere habiturus.

Ius. Supr. N. 2 str. 191.

feria II. post festum Pentecostes. — Quod cum per
mandatum serenissimi principis et domini, domini Wla„
dislay dei gracia regis Polonie etc. necnon nobilium viro„
rum, strenui ac nobilis viri domini Nicolay heredis de
Michalow, palatini Sandomiriensis et capitanei castri
Cracouiensis, necnon nobilis viri domini Cristini here„
dis de Hostrow et dominis nunc temporis assedentibus
et ad hec adaudientibus hijs duobus nobilibus viris ad
mandatum eciam domini capitanei iudicium fuit banni„
tum feria quinta proxima post festum sancti Stanislay
in Mayo de anno Domini M°CCCC° XX secundo per Si„
gismundum aduocatum et scabinos Iuris supremi pro„
uincialis Theutunici Meydburgensis castri Cracouiensis
in castro Cracouiensi et more solito in loco consueto
celebratum, sexque ciuitatum honestis ac prudentibus
iurisperitis viris, consulibus, per serenissimi principis
regis et domini nostri ~~literam~~ literale mandatum ad
causam hanc parcium diffiniendam, inter Paulum
Ostroskam seniorem ex vna, et consules et scabinos Cra„
couienses, parte ex altera, de qualibet duobus ciuitate,
de Cracouia, de Ilkus, de Kazimiria, de Welicska,
de Bochna, de Noua Sandeczque duobus, in eorum
iudicio sedentibus, coram eis et in suo iudicio vnani„

to iudex Sigismundus Turis supremi ....[x)] bamiendo presencialiter deputatus, per ministerialem iussit et mandauit eidem ministeriali clamare, si quis habet iuridice agere, agat, tunc Paulus Ostroska suis pro iniurijs [ac]cedens querulauit contra et aduersus ciues Cracouienses pro, de et super iniurijs sibi illatis, extunc aduocatus Johannes dictus Fredlant ciuitatis Cracouiensis actori nolens respondere, causam propter eundem Paulum Ostroskam ciuem Cracouiensem, innodatum maioribus sentencijs excommunicacionum, et idem viri vidit in et visis literis reuerendi doctoris, magistri Stanislaj, suis proprijs sigillis ~~(sigillatas)~~ easdem literas coram nobis positis sigillatas (s) ac hijs ydoneisque iurisperitis viris, prudentibus ac circumspectis viris VII (s) ciuitatum consulibus iudex Johannes dictus Fredlant dicit: expurgat se prius idem Paulus Ostroska de innodacionibus ac suis sentencijs agrauacionum, sibi ad obiecta respondebo, et sunt autem ex utraque parte alternacionibus (s). Ille sex ciuitates senteciam ediderunt in hec uerba S. quod ex quo Paulus Ostroska existens actor, est maioribus sentencijs agrauacionum extitit (s) ligatus et innodatus, extunc consules ciuitatis Cracouiensis et quilibet alter istorum sibi non tenetur ad obiecta iudicialiter respondere, quousque idem Paulus beneficium absolucionis obtinuerit. Tunc

x) 11r.

idem Paulůs Ostrozka dixit, se velle equitare ad curiam Romanam ad papam, agendo in sua causa contra illos, cum quibůscůmqůe est aliquid agens habitůrůs.

1/122.

Secuntur litere pallatini Cracouiensis et Swantoslai quatuor dominorum, super quibus sentenciatum fuit. — Vniuersis et singulis consulibus, ciuibus Sex Ciuitatum, quos dominus noster rex in iudicijs solet collocare, ac alijs quibuscumque, ad quos presens noticia peruenerit, Iohannes de Tarnow pallatinus Cracouiensis amiciciam cum sincera caritate. Prouidi circumspectique amici nostri carissimi! Quia domino Swantoslao Zyrwos adhuc procuratore Cracouiensi existente, bona omnia Martini de Czchow super dominum nostrum regem per eundem Zyrwos fuerunt arrestata tamquam bona non habencia ad se legittimos successores, veniens ergo Peszek ad nostram presenciam ostendit nobis pueros, recognoscens ipsos veros successores bonorum Martini predicti fore. Nos vero visis pueris et heredibus dictorum bonorum esse intelligentes, ipsis predicta bona de huiusmodi arrestacione expediuimus et liberauimus. Ideo vobis omnibus consulibus, ciuibus alijsque quibuscumque tamquam amicis nostris dilectis supplicamus, quatenus medium ydoneum velitis inuenire, per quod dicta bona antedictis pueris valeant remanere, quia nos ipsos veros successores in dicta bona fore protestamur. Datum in Tarnow feria tercia in vigilia sanctorum Simonis et Iude apostolorum, anno Domini M°CCCC° XXII.

Ai. 2 p. 36.

1425.

Feria V proxima post Conductum Pasce. — Litera de ciui-
tate de Szczebrzeszin. — Cum ex officio nostro scabinali,
ad quod per serenissimum principem et dominum, do-
minum Wladislaum dei gracia etc. dominum nos-
trum graciosum sumus deputati, ut omnibus homini-
bus in <u>regno</u> prefati domini nostri graciosi inexisten-
tibus, de se querulantibus et querulari volentibus, vni-
cuique, quantum cum deo possumus, iusta Maidebur-
gensis Theutunici iuris formam iusticiam tribuamus,
necnon sentencias de <u>libris</u> prefati domini nostri dic-
tis hominibus litigantibus promulgandum et pronunc-
ciandum (!) et essemus ad hec dati et constituti, proin-
de nos Sigismundus de Kazimiria, aduocatus iuris
supremi Theutunici Maidburgensis in castro Craco-
uiensi vnacum septem scabinis dicti iudicii supre-
mi ad noticiam deducimus, quibus opportunum
fuerit nosse, quod omnes sentencie, quecumque de iure
supremo per nos late et quecumque per nos fuerint pro-
mulgate de dictis <u>libris regalibus</u>, si pars aliqua li-
tigancium nostram sentenciam eodem iudicio adhuc
durante non reuocauerit uel ei non contradixerit
nec ab ipsa appellauerit, prout iuris est, uel quomodo-

libet appellare neglexerit in tempore, dicto iudicio adhuc sedente, ex tunc postea ad appellandum venire non potest nec admitti debet, sed factum transiuit in rem iudicatam. Sed si aliqua parcium appellare vellet, extunc debet dicta pars appellans ad iudicium venire e converso et ponere fideiussorem pro XIIII sexagenis regi debendis, et postea dictus appellans ad regem equitare debet et facta sua exponere, sicut melius scit. Datum in castro Cracouiensi feria quinta proxima post dominicam Quasimodo geniti, sub anno Domini M°CCCC° XXV°, nostro sigillo regalium iudiciorum scabinali presentibus subimpresso etc.

N. 2 p. 235.

1428.

Nota feria tercia proxima post festum sancti Sta„
nislai de mayo, sub anno Domini Millesimo cccc. XX
VIII° iudicium per sex ciuitates in presencia dominorum,
videlicet magnifici domini Iohannis de Tarnow pala„
tini Cracouiensis ac domini Nicolai de Michalow pa„
latini Sandomiriensis et capitaneo (!) Cracouiensi, nec„
non et strenui viri domini Iohannis Gamrath, qui
vna cum dominis supranotatis ad causam eandem
fuit specialiter deputatus, fuit bannitum. Coram quo
iudicio comparentes honesta domina Elyzabet relic„
ta Nycolai de Byecz, ac Stephanus et Barbara filia
filie ipsius, iam defuncte, ab vna, et strenuus Pe„
trus aduocatus Sanocensis, parte ab altera, necnon
aduocatus vna cum scabinis Iuris supremi mayde„
burgensis Castri Cracouiensis, qui ad instanciam
dicte E. et puerorum eius per literam regalem ad
eundem iudicium fuerunt citati, qualenus literam
testimonialem ipsorum, quequidem litera coram di„
gnitarijs et officialibus dni regis in ciuitate Cra„
nensi fuit presentata, quam vero literam prefa„
tus Petrus aduocatus asseruit per falsam, tan„
dem prefatus aduocatus et scabini dicti Iuris su„
premi castri Cracouiensis literam eandem iusti„
ficarunt, dicentes, quod omnia, que in eadem

nostra litera continentur, sunt vera et aliter se hoc factum non habuit, nisi ut in predicta nostra litera continetur secundum utrarum parcium proposicionem et responsionem et hoc recipimus super nostra iuramenta, que fecimus deo et toto regno seu hominibus.

Tus Supr. N. D. sig. 303

1428.

Nota sub anno Domini M° cccc° XXVIII, feria IIII^a proxima post festum Purificacionis sancte Marie, causa vertente inter discretum virum dominum Bartholomeum secretarium serenissimi principis et domini, domini Witholdi magni ducis, parte ab vna, et inter honestum virum dominum Wilhelmum ciuem Cracouiensem, parte ab altera, nos consules ciuitatum sex terminum prorogauimus in certum diem post festum sancti Stanislai de Maio proxime venturum, in omnibus et singulis punctis, articulis, clausulis, literis et condicionibus, ita, quod die eodem sentenciam in causa predicta edicere et diffinire debeamus indilate ac si die presenti edixissemus, iuribus vtrisque ipsorum in omnibus illesis vlgariter vnschedelich.

Lib. Sup. N. 2 st. 363.

(1428) 2

(terminus)

Nota, prout feria IIII proxima post festum Purificacionis sancte Marie, nobili Bartholomeo preclari principis domini Alexandri alias Witoldi magni ducis Lithwanie etc. secretario, terre Cracouiensis notario generali, cum domino Wilhelmo ciue Cracouiensi per nos consules ciuitatum sex ad certum diem post festum sancti Stanislay de mayo proximum fuit assignatus, ad quemquidem terminum partibus per nos, ut prefertur, deputatum, prefatus dominus Bartholomeus propter legacionem domini Witoldi magni ducis memorati, terminos per nos ipsis deputatos, non potuit attemptare, ideo ad mandatum serenissimi principis et domini domini Wladislai regis et domini nostri graciosi terminus ad festum sancti Michaelis proximum ~~ulterius~~ partibus predictis est assignatus sub eodem iure, ut antea ~~ulterius~~ remanserat coram nobis ulterius in suspenso.

Ius Supr. N. 7 str. 363.

Sąd wyższy leński
w Bieczu.

1459. feria quarta post festum s. Michaelis.
Alia sentencia a Iure supremo Theutunico de castro Biecensi. — Quod ex quo actor fassus est coram Iure, quia non est propinquior ad eandem pecuniam . . . . . par-tem dicit se acquirere ipsum concernentem, et pars, que posuit pecuniam pro sculteciu, affectat fideiussoriam pro liberacione et intercessione, extunc idem actor, qui di-cit velle acquirere partem earundem pecuniarum, debet ponere fideiussoriam erga partem ponentem pecunias in tanta summa, quantam cupit lucrare. De fforma iuris scripti.

Supr. Ius N. 10 str. 97.

Sabbato ante dominicam Inuocauit. Sentencia de Iure supremo castri Beecziensis. — Quod ex quo nobilis Zawissius Ozamblowsky in presenti sua causa, de qua nobis scribitis, se traxit super suam literam et vestri iudicij registrum, extunc eundem tractum habere debet de forma iuris scripti. Et si vobis expost in hac causa denuo ad nos scribere contingerit, tunc predictarum literarum ac vestri registri copias vna cum parcium altercancium querelis et responsis destinare non obmittatis, vt et nos vobis debitum responsum ex iuris forma rescribere valeamus.

Ius supr. N. 10 st. 111.

Feria III ante Purificacionis sancte Marie. Sentencia Iuris supremi Scoltetorum castri Byecrensis. — Quod ex quo isti duo fratres, manendo in eadem hereditate, sunt citati ad presenciam iudicij vestri et insinuatum est contra eos per actorem pro bonis maternis, et ipsi in eorum replicacione dicunt, quod non tantum duo ipsorum sunt ad ipsam hereditatem, sed adhuc alij duo fratres, indiuisi omnes, et si tunc ita est, quod adhuc plures sunt fratres indiuisi ad ipsam hereditatem, quam isti duo citati, extunc alij duo indiuisi eciam citari debent. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 383.

1486.

Feria II^a^ ante sancti Thome apostoli. Sentencia de iure supremo castri Byeczensis. — Ex quo ministerialis recognovit, quia partem citavit oculatim ad primum, secundum et ad tercium terminos et citaciones in vigore remansit iuxta scripta vestra, extunc si pars citata fuerit in tercio termino, tunc respondere debet et causam suam non amisit. De forma iuris.

Ius supr. N. 11 str. 57.

Sąd wyższy leński
w Goleszu.

Nos Jacobus iudex scultetorum districtus Golesiensis unacum scabinis ibidem, nobilibus viris, domino advocato et scabinis supremi iuris Theutunici castri Cracouiensis, nostris fautoribus promptitudinem famulatuum. Quia occupati quibusdam arduis negocijs coram vobis parere nequiuimus, quare bannito in iudicio duos ex nobis scabinis: Dobeslaum et Jaszconem elegimus in causa, pro qua citati sumus vestram ad presenciam, prout audiuimus, ipsis potestatem audiendi et respondendi, et quidquid iam in dicta causa fecerint, volumus et promittimus rata et grata firmiter observare. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus roborari. Datum in Colacziecze feria secunda in crastino Invocauit, anno Domini M°CCCC VIII°.

Ius Supr. N. 1 str. 400.

1467.

Sabbato post Diuisionem Sentencia de castro Go„lesch. Quod ex quo actor in sua proposicione dicit, quod ipse diem longiorem continuasset sentencia Iuris supremi de Thymecz, volens hoc docere aut dicens, notorium esse iudicio, protunc in die veteriori presiden„te (!) et ministeriali iurato alijsque nobilibus assisten„tibus, pars rea vero in sua responsione dicit, quod talis continuacio longioris diei non fuisset per actorem facta coram bannito iudicio presidente aut antecessoribus vestris, eciam trahens se ad acta iudiciaria ad iudiciumque presidens aut antecessores vestros, extunc cum actor dicit, notorium esse iudi„cio protunc presidente (!), reus se eciam trahens ad antecessores vestros, ergo ad probandum hec habere debent. De forma iuris.

Iur. Sup. N. 10 str. 280.

1468. 23

Feria secunda proxima ante festum sancti Nicolay.
Sentencia de Colaczicze iuris supremi castri Holesch.
Quod ex quo pars adversa statuit intercessorem pro rebus istis contra actorem, actorque suscepit intercessorem, iuxta quod iudex publice recognoscit, quod partes inscripserunt eis terminum per tres septimanas, quam in tercio iudicio adveniente termino pars rea respondere noluit, antequam ipse actor prius ei fideiussores locaret a propinquis istius ancille, a qua se dicit fore propinquiorem, extunc ei fideiussores ponere tenetur et pars rea adhuc nihil desperdere potest, sed ponendo fideiussores querelam debet audire et respondere pars rea tenetur. De forma iuris.

Iur. Sup. N. 10 sl. 333.

1469.

Feria IIII post festum Penthecostes. Sentencia de castro Gobesch, de Iure supremo. — Quod ex quo ambe partes iuri ipsorum satis non fecerunt ex utraque parte, iuxta quod eciam scriptis vestris sane percepimus, extunc causa iuxta querelam et responsionem sive oretenus sive eciam in carta; super quam responsionem et querelam satisdacio alias gwar facta est, manere debet et pars adhuc causam suam deperdere non potest neque in eadem succubuit. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 344.

1469.

Feria II. ante Margarethe. – Sentencia de Iure supremo castri Golesch. — Quod ex quo in priori nostra sentencia vobis decreuimus, quod pars adhuc causam suam deperdere non posset neque in eadem succumbere, et postquam sentencia nostra in die ulteriori apportata et lecta fuisset, actor lucratus est ortilegialiter antequam querelam fecit, ad auxilium recepit testimonia seu testes ducere ante et post querelam tantum, quantum sibi necesse esset, et pars aduersa non denegauit seu non repugnauit, super quod actor vobis suum dedit memoriale et ad acta iudicij vestri hoc sibi introducens, iuxta quod ex scriptis vestris percepimus, et dum iam ad querelam et responsionem per sentenciam nostram Iuris supremi deuenerunt et actor se trahit iuxta vestrum decretum ad acta iudiciaria pro supportacione sue querele et pars aduersa simpliciter sibi hec admittere non wlt, extunc ex quo ipse actor se trahit ad acta iudiciaria iuxta suam reformacionem, hunc tractum habere debet et in eo vestrum decretum debet habere robur firmitatis.

Ius Supr. N. 10 str. 346.

1469.

Feria secunda ante Bartholomei. Sentencia Iuris supremi castri Golesch. – Quod ex quo in priori nostra sentencia Iuris supremi actori tractum ad acta vestra iudiciaria decrevimus iuxta ipsius reformacionem pro supportacione sue querele, isto, quod in libro habet, contra responsionem, quam premissam nostram sentenciam ambe partes pro iure susceperunt, extunc eadem causa circa nostram priorem sentenciam Iuris supremi manere debet. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 349

1469.

In crastino s. Francisci. Sentencia de castro Cracoviensi iuris supremi. — Quod ex quo utraque parcium, de quibus nobis scribitis, se propinquitate trahit ad scolteciam in Tanuss-kowicze, eandem iure propinquitatis valens obtinere, et de literis super eandem scolteciam quelibet parcium facit men-cionem tam in accione quam in responsione eciamque quelibet parcium comprobare volens, extunc quecumque par-cium melius et pocius ius suum et meliorem propinquita-tem coram vestro iudicio approbabit, ille prefatam scul-teciam in Tanusskowicze obtinebit. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 354.

1469.

Alia de ibidem (Golesch) eadem die. — Quod ex quo partes pro eadem hereditate stant in lite et causa in Iure inter easdem partes nondum finem suum pro eodem recepit, extunc eadem hereditas non potest esse libera usque ad decisionem et pertransicionem iuris, et in eo sentencia vestra habet robur firmitatis et sentencia appellantis est invalida. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 354.

1469.

Feria secunda post Martini. Sentencia de Golesch castro Iuris supremi in Placzicze. — Quod ex quo prius nostra in priori sentencia vobis missa in eadem causa decreui, mus, quod ista scoltecia in Ianuszkowicze non debet esse libera ipsi domino Kosoczskj usque ad finalem decisionem litis inter partes, videlicet Paulum Rogala et Iacobum Bobrzeczskj, extunc ista causa adhuc circa nostram priorem sentenciam remanere debet et hoc Paulo Rogala nocere non potest, quod sentenciam in die ulteriori audire noluit, ex quo ipsum non tange-bat nec quidquam secum agere habuit, prout hoc ipsum ex scriptis vestris percepimus. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 357.

1470.

Feria tercia in die sancte Dorothee virginis. Senten-
cia Iuris supremi castri Golesch. — Quod ex quo utra-
que parcium, tam agens quam eciam adversa pars
iuxta sentenciam nostram in die longiori ipsorum do-
cumenta habuerunt et parate fuerunt ipsorum pro-
pinquitatem pro sculthecia in Ianusskowicze comproba-
re, actor probare voluit litera bannili iudicij et asses-
so consilio de Opfatowiecz, pars adversa similiter duobus
documentis, iuxta tenorem legacionis vestre, et tercio docu-
mento hominibus stantibus post scapulas et parata fuit
cum eisdem hominibus propinquitatem suam comprobare
et iuramenta ipsorum prestare et ministerialis eidem ad
hoc additus est, sed ipse actor ab eisdem testibus presens
affectaverat, ut lineam docerent, quo pars adversa esset
propinquior quam actor, antequam in iure pertransirent
et ipsorum iuramenta perducerent et in librum inscribi
eandem lineam affectavit, quod sibi vestra sentencia de-
crevistis, sed pars adversa ad hoc consentire noluit neque
vestrum decretum suscipere volens, dicens, quod nulla
inscripcio admitti debet super sentenciam Iuris supremi,
extunc, quod ex quo ipsa pars adversa huiusmodi suos
testes post scapulas habuit, coram vestro bannito iudicio
propinquitatem docere et comprobare voluit et iuramenta

facere in die longiori, et predicti testes requisiti primo, secun-
do, tercio, si ipsorum ius perducere vellent, et ipsi dixerunt: vo-
lumus, sed actor sibi homines reprobavit alias hamowal yerl,
prout hoc ipsum ex scriptis vestris percepimus, et ad ius ad-
mittere noluit, extunc nulla parcium causam suam nondum
deperdidit, sed prefati testes parti adverse adhuc debent ad-
mitti ad perducendum ipsorum iuramenta. De forma iuris.

Ius sup. N. 10 str. 364.

1470.

Feria quarta post Exaltacionem sancte Crucis.
Sentencia de Colaczicze Iuris supremi aliàs cas-
tri Goletsch. — Quod ex quo procurator partis ad-
uerse iuxta priorem nostram sentenciam in die
longiori a Iacobo scolteto de Bobrka cum testi-
bus post scapulas stantibus, propinquitatem pro
scoltecia in Tamiskowicze, docere et comprobare
voluit et iuramenta prestare, sed actor pretactum
procuratorem ipsius Iacobi de Bobrka ad tale docu-
mentum pro eadem scoltecia in Tamiskowicze pro-
tunc temporis admittere noluit, ex eo, quod pars ad-
uersa, videlicet Iacobus de Bobrka in eodem die
longiori solus personaliter circa huiusmodi deduccio-
nem iuramentorum et documentum non adest, lucrum
iam habere volens eiusdem scoltecie, et ex quo ipse
procurator partis aduerse videlicet Iacobi de
Bobrka cum regali procuratorio in eodem die
longiori cum testibus paruit, propinquitatem do-
cere paratus fuit et iuramenta iuxta priorem nos-
trum decretum deducere, sed cum actor dixit et
confessus est ipsum procuratorem partis aduerse
habere vigorem ad loquendum causam et ad lu-
crandum et ad amittendum, sed non habere vi-

gorem ad docendum propinquitatem, prout in scriptis
vestris hec comperimus, extunc prefatus procurator partis
adverse iuxta nostrum decretum eadem potestate, cum
qua a principio cause coram vobis egit ex parte Iacobi
de Boorka, id ipsum prefatis cum testibus pro eadem
sculteciam docere debet et iuramenta prestare et non est
necesse ipsum Iacobum de Bobrka, solum personaliter
circa huiusmodi documentum et deduccionem iuramen-
torum interesse. De forma iuris.

Zu Schr. N. 10 zu 375.

Feria quarta post Exaltacionem sancte Crucis. Senten„
cia de Coluczicze iuris supremi, alias castri Golesch. -
Quod ex quo procurator partis adverse iuxta priorem nostram
senteneiam in die longiori a Iacobo scolteto de Bobrka
cum testibus post scapulas stantibus propinquitatem pro
scoltecia in Ianusskowicze docere et comprobare voluit
et iuramenta prestare, sed actor pretactum procuratorem
ipsius Iacobi de Bobrka ad tale documentum pro ea„
dem scoltecia in Ianusskowicze protunc temporis ad„
mittere noluit, ex eo, quod pars adversa, videlicet Iaco„
bus de Bobrka in eodem die longiori solus personali„
ter circa huiusmodi deduccionem iuramentorum et do„
cumentum non adest, lucrum iam habere volens eiusdem
scoltecie, et ex quo ipse procurator partis adverse vide„
licet Iacobi de Bobrka cum regali procuratorio in
eodem die longiori cum testibus paruit, propinquita„
tem docere paratus fuit et iuramenta iuxta prius
nostrum decretum deducere, sed cum actor dixit
et confessus est, ipsum procuratorem partis adverse
habere vigorem ad loquendum causam et ad lucran„
dum et ad amittendum, sed non habere vigorem
ad docendum propinquitatem, prout in scriptis
vestris hec comperimus, extunc prefatus procura„
tor partis adverse iuxta nostrum decretum ea„

dem potestate, cum qua a principio cause coram vobis egit ex parte Iacobi de Bobrka, id ipsum prefatis cum testi-bus pro eadem scultecia docere debet et iuramenta pres-tare et non est necesse ipsum Jacobum de Bobrka solum personaliter circa huiusmodi documentum et deduccio-nem iuramentorum interesse. De forma iuris.

Inv. Supl. N. 10 st. 375.

1470.

Feria V in die s. Luce. Sentencia castri Golesch supremi Iuris. — Amicorum dilecti! Prout scribitis vestris in scriptis de nostra sentencia ad vos missa, quam pars adversa suscepit, sed actor non suscepit, sed pars adversa aliquas minutas introclusas una cum nostra sentencia habere vellet, extunc sentencia nostra iusta vestrum decretum sola in se sigillari debet tali modo, prout a nobis ad vos est missa, nil addendo, una cum nostro sigillo; sed si eadem pars aliquas minutas a vobis optat habere, illas de per se sub vestro sigillo cuilibet parcium postulanti potestis dare. De forma iuris.

Ius Sup. N. 10 str. 378.

Saicut

1468.

Feria secunda post Judica. Sentencia de districtu Lan-
dishutensi scoltetorum. – Sint der czeit, das beyde, herr
Johanne vnde herr Petir sich vorwillit habin, dy willekör
czü haldin, noch deme, alze das geczewgnis von der Vi-
sicia an euch geschrebin ist, dy lewte ouch, dy her Jan ysant-
hath an her Petir czwene man, als her im dy Schoffe lossin
welde vnde her Petir im entpotin hoth, dy awsczügebin
vff borgin hanth noch ynnehaldünge der willikör, das her
Jan nicht hoth wolt ofnemen dirczornende sich nach de-
me, als denne dy lewte eynbekanth habin vor geheytin
dinge, wy wol denne her Jan geczewgnis hot. der Scheppin
register eynis mannis bekentnis, das dy schoff nicht vom
schadin eingetrebin werin. Das kan hern Petirn an seyne
rechte wenig geschadin adir insnicht-, zündir that her
Petir seynen schadin beweirin mit czween finger of
den heyligin, das her dy schoff vom schadin eyngetrebin
hot vnde nicht von stoppel. So ist her Jan im flichtig
solchin schadin noch ynnehaldünge irer willekör ab-
czürichtin vnde genüg dovor czüthüen neher vnde ee
wen das her in her Jan mit eynis mannis bekentnis
dorfon getreybin möchte. Von rechtis wegin.

Tri. Supr. N. 10 st. 311.

1488.

Feria 3 die sancti Jeronimi. Sentencia de districtu Muczuth, iudicii feodalis. — Ex quo actor citavit fideiussorem adverse partis, volens contra ipsum producere testimonium, et fideiussor existens citatus optavit inducias ad statuendum evictorem iuxta scripta vestra, extunc fideiussor habere debet inducias ad statuendum evictorem ad proximum iudicium bannitum. Et ex eo sentencia vestra progressum habet et appellantis cassa est de forma iuris.

Tom. Supr. M. 11 str. 102.

1469.

Feria tercia post Bartholomey. Sentencia de Lanczhutt ad Ius scultetorum. — Quod ex quo actor proposuit contra partem ream pro quibusdam rebus in querela seorsum de- scriptis, videlicet pro pellicea, octo truncis siliginis et ce- tera, pars adversa exaudiens querelam reclamavit se ad ar- bitros suos et ipsos constituere debuit coram vobis banni- to in iudicio, quos tunc constituere non potuit personaliter asserens, ipsos fore in continenti negocio familatus magni- fici domini pallatini Cracoviensis, sed in tercio iudicio ab ipsis literam portavit, asserens, ipsos protunc constituere non valere, si tunc prefati arbitri protunc fuerunt in continenti negocio familatus magnifici pallatini Craco- viensis, et si hoc ipsum magnificus dominus pallatinus Cracoviensis suis scriptis testificabitur, extunc huiusmodi testimonium literale arbitrorum debet in suo robore per- manere et ipsa pars adversa huiusmodi sue reclamacio- ni satisfecit. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 350

1469.

Alià ad tūs scoltetorum ad Lanczhut eadem die. — Quod ex quo pars aduersa post exaudicionem querele re- uocauit se ad testimonium registri et cum ipso wlt res- pondere, extunc ad hoc deuenire potest. De forma iuris.

Terr. Sup. N. 10 str. 350

1470.

Sabbato post Innocentium (more to jsoce a. 1469) Sentencia ad Ius scultetorum pro iudice in Kunczhutte. — Quod ex quo parti adverse mettercium decrevistis cum testibus in sex septimanis evadere contra actorem, quod tunc huiusmodi vestrum decretum actor pro iure suscepit, sed rea pars suscipere nolens, revocavit se beniuole propria sua pecunia ad Ius supremum, si evadere deberet in proximo iudicio, et cum eadem pars adversa sibi finaliter hoc non reformaret, quod si cicius suos testes pro evasione habere posset, quod tunc in proximo iudicio evadere posset, sed simpliciter se revocavit ad Ius supremum, extunc presens causa circa vestrum decretum remanere debet, quod est iustum et sentencia appellantis debet esse cassa. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 fol. 361

1470.

(b. d.) Feria quinta post festum sancti Valentini[x]. Sentencia de iure scultetorum in Szanczkuilt. — Quia ex quo actor fecit articulacionem alias szprowal yest contra partem adversam et pars adversa exaudita articulacione quesivit, an posset habere frist ad ulteriorem diem, quia res magna sibi est et non paratus respondere ad ipsam articulacionem nec audire querelam, extunc eadem pars adversa ad huiusmodi frist die longiori potest devenire de forma iuris. Et in eo sentencia vestra est cassa, de forma iuris.

x) Ta zapiska nie ma [illegible] [illegible] więc daty ...

Ius Supr. N. 10 str. 354.

1470.

Fria quarta post Mathie appostoli. Sentencia de Lancz-
hutt ad Jus scolletorum. — Quod ex quo pars adversa
iuxta sentenciam nostram Juris supremi in ulteriori die
actorem metterciis secundum formam iuris cum hominibus
bonis evadere debuit, adveniente vero eadem die ulteriori
ucla, non comparuit neque aliquam rem testimonialem
apportavit, neque eciam iuxta vestrum decretum in
propinquiori die iudicij parere curavit neque literam tes-
timonialem apportavit, pars vero adversa suis cum
hominibus in eadem die ulteriori et propinquiori die
paruit, suo iuri satisfacere volens usque ad solis occa-
sum, extunc de eodem iuramento est iam libera et so-
luta et ulterius causam suam super actore superlucra-
ta est. De forma iuris.

Jus Sichr. M. 10 st. 355.

Feria tercia post Gerdrudis. — Sentencia de Lanczhutt ad Ius scoltetorum. — Quod ex quo actor fecit tres querelas contra partem aduersam et pars aduersa super has querelas suam iam fecit responsionem gwar ligata, et in querelis predictis nullam fecit mencionem de registro neque cum eo querelam fecit, sed primo post responsionem partis aduerse gwarque ligata, registrum in subsidium recipere wlt, extunc ad hoc ~~[illegible]~~ deuenire non potest, ex quo prius ante gwar sibi hoc in adiuuamen non recepit, de forma iuris. Et in eo sentencia vestra est cassa, de forma iuris.

ex Supr. N. 10 str. 300.

Feria quinta ante festum sancte Margarethe. Sentencia de Aunczkunft ad dominos scabinorum. — Quod ex quo sentencia nostra iuris suprema in termino ulteriori ad vos apportata fuit et per partes suscepta, extunc causa eadem circa sentenciam nostram taliter latam remanere debet, sed si tunc prefate partes pro talibus bonis patrimonialibus indivisis iuxta scriptura vestra aliquid iuris inter se habebunt agere, extunc facta proposicione et debita coram vobis bannito in iudicio responsione et causa eadem ad nos iuxta querelam et responsionem descripta fuerit, extunc vobis responsionem et informacionem sanam super premissis transmittere non negligemus. De forma iuris.

1470.

Feria quinta ante festum sancte Margarethe. Sentencia de Lanczhutt ad Jus scabinorum. — Quod ex quo sentencia nostra Juris supremi in termino ulteriori ad vos apportata fuit et per partes suscepta, extunc causa eadem circa sentenciam nostram taliter latam remanere debet. Sed si tunc prefate partes pro talibus bonis patrimonialibus inuicem iuxta scripta vestra aliquid iuris inter se habebunt agere, extunc facta proposicione et debita coram vobis habito in iudicio responsione et causa eadem ad nos iuxta querelam et responsionem descripta fuerit, extunc vobis responsionem et informacionem sanam super premissis transmittere non negligemus. De forma iuris.

Ius Supr. [illegible] 10 [illegible] 374.

1470.

Feria secunda in crastino Vndecem milia virgi-
num. Sentencia de Lanczkutt ad Ius scolteciarum.
Quod si pater ipsius partis adverse fuit introductor in
bona eadem hereditaria materna, pro quibus lis agitur,
et eadem bona hereditaria scolteciarum dictarum filijs
suis post obitum matris eorum divisit et partitus est,
vni filio dedit scolteciam in Hanzlowka et alteri filio
in Schleczka scolteciam et tercio filio manens Pr (?)
in Halwigowa soluit annualem censum quatuor mar-
carum, et hoc ipsum ad acta vestra iudicialia induxit
et inscripsit, et post ea prefata actrix, videlicet media
soror per tam longum tempus sustinuit usque ad
tricesimum annum, iuxta quod in scriptis vestris com-
perimus, et siluit et numquam fratres suos iure me-
diante monuit neque impediuit, et extunc adhuc si-
lere debet et prefati fratres eadem bona scolteciarum
iuxta contenta registri vestri tenere et possidere debent
pacifice et quiete ad tempora eterna. De forma iu-
ris.

Ius Sup. t. 10 str. 378

1470.

Feriâ sexta ante Triūm Regūm. Sentencia de Lanczhutt ad Jus scultetorum. — Quod ex quo prius nostra mediante sentencia decrevimus, partem adversam liberam et solutam de iuramento et causam suam superlucrasse super actorem iuxta eadem precedencia vestra scripta, ex tunc eciam idem actor eidem parti adverse omnes impensas, videlicet memorialia, inscripciones, citaciones, pecunias oblegij et alias, quas actis vestris ostendere poterit et que vobis sunt notorie, illas refundere et persolvere sit astricta et ad nullam rem adiutoriam ulterius devenire potest. De forma iuris.

Jus supr. N. 10 p. 382.

Sąd wyższy leński
w Sączu.

1468.

Feria III post Assumpcionis. Sentencia de Sandecz de curia regali iuris theotonici. — Quod ex quo Helena proposuit contra Katherinam uxorem fratris ipsius germani, pro viginti marcis dotis matris ipsius importatis in bona eadem, que Helena fratrem suum tempore vite sue non impedivit pro eadem pecunia, neque eciam pro suppellectilibus domus, extunc Katherina propior est circa suam responsionem remanere, quam quod ipsam Helena soror mariti Katherine tali querela convincere posset. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 323.

1498.

Actum feria quinta infra octavas Penthecosten. -- Jurati provinciales terre Sandeciensis comparuerunt in termino longio-ri peremptorio contra Teskonem de Labschw, a quo Teskone famulus suus disponebat terminum hoc modo, quod predictus Tesko haberet terminum coram Nicolao de Welepole camerario seu judice Michahelis judicis generalis Cracouiensis pro V^c marcis, in quo termino memoratus Tesko debuit produxisse testimonium banniti judicij hec provincialis (?) Juris, prout memorati jurati Sandecienses districtus presidentes et sedere sunt deputati et hoc non fecit de forma juris. Unde nos visa predictorum juratorum justicia, candenti, ipsos absolvimus ab impeticione et instancia, memorati Teskonis nostra judi-ciali mediante sentencia, de forma juris Theutunici.

Jus Supr. N. 1 p. 93.

1504.

Feria tercia post festum sancte Trinitatis. Sentencia de Iure ffeodali scultetorum districtus Sandeciensis. — Ex quo Anna Rytherska beniuole non compulsa, nec coacta, neque seducta, sed animo deliberato fretaque suorum consilio amicorum obligauit sculteciam in villa Barczycze, sibi prius a fratre suo germano Petro Rytherszky in centum marcis obligatam, eciam in summa prescripta centum marcarum nobili Zawissio Nyewyarowszky in iure castrensi Sandecensi in actis obligauit, in quam sculteciam Clemens ministerialis realiter ex voluntate et consensu Anne Rytherska intromissionem dedit, ita tamen, quod prefata nobilis Anna Rytherska debuit inducere inscripcionem istam ex actis castrensibus Sandecensibus in acta Iuris ffeodalis Theutunici scultetorum sub vadio centum marcarum iuxta tenorem obligacionis castrensis, pro quo citata fuit a Nyewyarowski ad iudicium feodalis Iuris scultetorum ad satisfaciendum obligacioni castrensi pro induccione inscripcionis eiusdem in acta Iuris ffeodalis sub vadio prius descripto, et bina vice non paruit, pro tercio autem termino referebat se ad magnificum dominum pallatinum Cracouiensem et capitaneum Sandecensem per quendam ad inferendum rem subsidiarem, quam non intulit, et Ius

feodale decreuit nobili Zawischa Voynarowsky (1) pro lucro, quod nobilis Anna Rytwerska pro iure non suscipiens, ad Ius supremum castri Cracouiensis appellauit et pecunijs non positis a Iure recessit, iuxta s. v. laconia, et pars rea per procuratorem suum ad hoc respondit inter cetera, quod obligacionem istam fecit sedicta uti actore et sine consilio consanguineorum, dicens eciam sine tutore fecisse, et alias res capiens in subsidium, ut eius responsio lacius canit et in se ostendit, igitur ex quo se beniuoliter sic obligauit, ut inscripcio castrensis Sandecensis publice demonstrat, in oppositum eius responsionis, extunc nobilis Anna Rytherska debet nobili Zawischa Voynarowsky predictam obligacionem et inscripcionem in acta Iuris feodalis theutunici sculthetorum inducere, in proximo iudicio ibi celebrando de forma iuris scripti. Et ex ea intencio appellantis est cassa et actoris progressum habet.

Ius Supr. N. 11 str. 362.

Sąd wyższy leński
w Sandomirzu.

Sabbato in crastino sancti Iohannis baptiste. Sentencia Iuris supremi de castro Sandomiriensi. — Ius scoltetorum. — Quod ex quo priuilegium resignacionis dictarum scolteciarum in Obalina et Goyczow ultimate circa finem eiusdem in se ostendit, quomodo ipsa domina Hedwigis per procuratorem suum vna cum eadem magnifico domino Eustachio de Sprowa castellano Radomiensi et marito eius legitimo post omnes illas condiciones in eodem priuilegio expunctatas (?) et descriptas, easdem scolteciam existens sane mentis et compos racionis coram iudicio bannito Iuris supremi in castro Sandomiriensi dicto monasterio Sulowiensi perpetualiter dedit et resignauit, nihil iuris, proprietatis et dominij pro se et suis consanguineis in eisdem reseruando, cui resignacioni ipsa pars agens protunc sibi nihil iuridice fecit, neque eidem infra annum et diem contradixit, sed ipsam subticuit usque ad XIII annos, prout hoc ipsum ex scriptis vestris et eciam responsione partis ree satis clare percepimus, extunc talis resignacio super easdem scolteciam taliter monasterio facta vna cum priuilegio iudiciali in suo vigore per omnia debet remanere. De forma iuris. Et in eo sentencia vestra scabinalis est cassa. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 447.

1476.

Feria secunda in crastino Concepcionis sancte Marie. Sentencia de castro Sandomiriensi de Iure supremo scultetorum. — Quod ex quo procurator partis respondentis affectabat in Iure, ut admitteretur reformare causam, si que nove condiciones seu replicaciones in eadem causa contra responsionem suam orirentur, et vos ipsum ad hoc admittere noluistis, prout hoc ipsum ex scriptis vestris sane perpendimus; extunc si pars agens aliquas res novas seu replicaciones novas super responsionem partis adverse faceret, ipsa pars respondens huiusmodi novis rebus et replicacionibus novis ad reformacionem cause sue et ad respondendum suis replicacionibus cum die ulteriori admitti debet, de forma iuris. Et in eo sentencia vestra est cassa et sentencia appellantis habet robur, de forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 489.

1476.

Feria quarta in die sancte Agathe virginis. Sentencia de Sandomiria ad Ius supremum scultetorum castri Sandomiriensis. — Quod ex quo aduocatus Iuris vestri solus de manu procuratoris partis respondentis literam replicacionis in se continentem, recepit et non idem procurator plenipotens partis eiusdem respondentis eandem literam replicaciones in se iuxta scripta vestra contra replicaciones partis agentis oblatam, continentem, de manu notarij Iuris vestri extraxit, sed alia simplex persona, que data est ad consulendum eidem procuratori partis, prout hec omnia ex scriptis vestris tum eciam ex verbis parcium ambarum sane intelleximus, extunc eadem simplex persona, que dictam literam, replicaciones in se continentem, de manu notarij vestri palam extraxit, tantummodo luendo in pena, eadem litera replicaciones parcium in se continentem (!) in suo robore debet remanere. De forma iuris. Et in eo sentencia vestra scabinalis est cassa et sentencia appellantis habet robur firmitatis. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 494.

1476.

Feria VI in crastino sanctorum Filippi et Jacobi: Sentencia de Sandomiria Iuris supremi castri Crac. ad Ius scoltetorum. — Quod ex quo eadem causa, pro qua lis agitur, nondum suum recepit finem, prout hoc ipsum ex scriptis vestris sane percepimus, extunc eciam ista sexagena cum duobus grossis nunc parti reponi non debet, sed dum in finali die que parcium capitalem causam lucrabitur, eadem pars protunc pecunias ortilegiorum et alias inpensas una cum ista sexagena obtinebit. De forma iuris. Et in eo sentencia vestra est iusta et sentencia appellantis nullius est momenti. De forma iuris.

Ius Supr. N. 10 str. 497.

1499.

Feria quinta ipso die s. Helene. Sentencias de Iure
supremo sculteforum castri Sandomiriensis. Ex quo
pars agens iniunccione facta contra partem citatam
pro quadam concordia inter eos facta, dicens sibi tri„
ginta marcas feria tercia ante festum[1] sancte Trinitatis pri„
me rate reposuisse, quas citata pars accepit pro bonis
hereditarijs et usque penes se tenet, et actor quatuorde„
cim marcas tercia die post reposicionem triginta mar„
carum reposuit coram Iure iuxta concordiam, querens
an resignacionem facere debet pro eis bonis iuxta iuris
formam, pars autem citata dixit, ex quo actor nomi„
nauit arbitros, an debet hic eos statuere coram Iure
ad recognoscendum, qualiter actum est in concordia,
mox actor litterale testimonium sub sigillo scabinali
ciuitatis Sandomiriensis obtulit, querens, an in eis tes„
timonium stare debet uel non, uel si Ius Iuri credere
debet, et pars citata respondit, ex quo non sunt omnes
descripti in littera, que ex alio iure emanauit, non
in quo actum est, iuxta quod bene percepimus ex scrip„
tis vestris et recognicionem arbitrorum, igitur quia
pars citata non reprobat recognicionem trium arbi„
trorum, qui concorditer fassi sunt, sed tantum omnes
videre optabat, extunc circa testimonium horum

[1] wyraz przekreślony

triūm arbitrorūm velūt partis maioris stare debet, et pars citata XIIII marcas recipere debet et bona actori resignare iuxta concordiam debet, de forma iūris scripti. Et ex eo sentencia vestra cassa est et appellantis processūm habet.

Ius Supr. N. 11 str. 296.

Sąd wyższy leński
w Sanoku.

1461.

Feria sexta post octauam Corporis Christi. Sentencia de Sanok ad Ius supremum data. — Quod ex quo actor post insinuacionem cause reformauit sibi per tutorem suum, quod dum faceret insinuacionem cause et emitteret querelam et postquam audiret partis aduerse responsionem, quod tunc super responsionem posset recipere et contradicere illi hec, que seruarentur munimentis et libris suis in subsidium, per que querularet, quod et sibi adiudicatum est vestram scabinalem per sentenciam, prout vestra presencia tenent scripta, ideo ex quo ante eandem vestram sentenciam pars aduersa huic restriccioni actoris non contradixit, extunc et nunc eciam post eandem vestram sentenciam contradicere non potest, sed ipse circa eandem suam reformacionem taliter vestram per sentenciam confirmatam, per omnia debet conseruari. De forma iuris scripsi.

Ius Supr. N. 10 str. 149

Feria VI. post festum Corporis Christi. Sentencia de Sanok Iuris supremi eiusdem ciuitatis. — Amici carissimi! Vestrarum presencium literarum contenta intelleximus sane, super que sentencialiter taliter respondemus. Scribitis enim nobis, quomodo Petrus aduocatus Crosnensis vna cum Iohanne alio aduocato de ibidem, ambo pecunias pro sentencia Iuris supremi ad castrum Cracouiense misissent. Cuiquidem sentencie ad importandum terminus vlterior fuisset prefixus et assignatus secundum formam iuris. Quiquidem terminus per serenissimam dominam reginam diue recordij fuisset transpositus vsque quoque domini terrigene de expedicione reuenirent, et hoc parcium ambarum de consensu, in omnibus clausulis ac punctis, vti in die vlteriori. Et cum ipsi domini terrigene de eadem expedicione reuenissent, Iohannes aduocatus per Petrum citatus tamquam ad terminum vlteriorem, sentenciam Iuris supremi castri Cracouiensis ad audiendum, secundum quod idem terminus per dominam reginam ipsis fuisset assignatus et prefixus, ipseque Iohannes coram Iure stans requisitus, prima, secunda, tercia et superhabundanti quarta vicibus, vtrum sentenciam audire vellet, qui respondisset, ipsam audire nolle, sed se simpliciter ad dominum

regem revocasset et dedisset contra se eundem sentencie a-
stare sine aliqua legittima causa, et cum demum Johannes
ad instanciam predicti Petri fuisset citatus super alium
diem et ambe partes paruissent et literas coram vobis pro-
duxissent regales, quibus literis ambe partes se dixissent
velle satisfacere secundum formam iuris et tenorem lite-
rarum earundem; tandem cum ipsis partibus ex iudicio
vestro bannito terminus fuisset prefixus, Johannes iterum
non paruisset iuri, iterum Johannes citatus ad satisfacien-
dum literis regalibus atque suo iuri et in libris acticatis,
iterum non paruisset iuri, sed famulum suum misisset
ad allegandum suum legale impedimentum, mediante sua
infirmitate, et cum eidem famulo per vos decretum fuisset
hoc ipsum sui domini legale impedimentum iuramento cor-
porali approbare, quod tamen facere noluisset, prout vestra
presencia lucidius tenent scripta, ideo ex quo ipse Johannes
inprimis ulteriori in termino, quem una pars sine consen-
su alterius partis dilatare et reponere non potest, sen-
tenciam iuris supremi castri Cracouiensis Andree refuta-
uit, et deinde citatus ad satisfaciendum literis regali-
bus et actis vestris iudicialibus, in termino deputato si-
bi satisfacere non curauit, insuper cum iterum Jo-
hannes demum citatus extat, terminum deponere dedit
sua infirmitate mediante suum per familiarem, et

cum idem familiaris super infirmitatem sui domini Iuris vestri iurare debuit, iurare non audebat, prout vestra presencia scripta testantur, extunc Iohannes pre-nominatů adůocatů causam perdidit et Petrus alter adůocatů in ipso pleno iure obtinuit suam causam.
De forma iůris.

Feria tercia in vigilia sancti Mathie apostoli. Sentencia data ad Ius supremum castri Sanocensis (zapiska przekreślona). — Quod ex quo Petrus aduocatus Sanocensis presentis cause actor existit et ~~dicit~~ dicit, quod solus procitator (?) non fuisset, sed famulum suum pro eadem misisset, prout hoc ipsum eciam aduocatus Iuris supremi castri Sanocensis fatetur, secundum quod scribitis, eciam prout dicit, quod eundem suum seruum cum tali voluntate non misisset pro huiusmodi citacione, sed quod misisset eum pro citacione ad regalia mandata, extunc hec eadem citacio prenominato Petro aduocato Crosnensi suoque iuri minime preiudicare potest, sed adhuc aliam citacionem perfecciorem sibi potest expedire secundum suam propriam voluntatem. De forma iuris scripsi.

W miejsce powyższej wykreślonej zapiski, wpisany jest zapiskow następującej treści zaraz niżej:

Quod ex quo Petrus aduocatus Crosnensis, presentis cause actor existit et dicit, quod solus pro citacione non fuisset, sed quod famulum suum pro eadem citacione misisset, prout hoc ipsum eciam aduocatus vester Iuris supremi Sanocensis castri fatetur, secundum quod nobis scribitis, eciam prout dicit, quod

eundem suum famulum, qui legere non sciret nec litera-
ta persona esset, non cum tali voluntate pro huiusmodi
citacione misisset, sed quod misisset eum pro citacione
ad regalia mandata, et nunc presens citacio, de qua
nobis scribitis, prenominato Petro Crosnensi advocato
iurique suo minime preiudicari potest, quia nemo ac-
torem ad querelam compelli potest, preter suam libe-
ram voluntatem. Ideo ipse Petrus adhuc aliam cita-
cionem, pro iure suo valenciorem, sibi expedire potest.
De forma iuris.

Cod. ms. A. 10 ar. 100

Feria sexta post sancti Vincencii. Iudicium banni-
ium. Sentencia de Sanok ex iure supremo castri Sano-
censis. Proposicio in responso sine quovis decreto.
Ex quo patruus germanus pars adversa docuit ex ban-
nito iudicio et approbavit, quod Anna filia istius do-
mine . . . [x] defuncte ultimate decessit et partes bono-
rum filiarum duarum prius defunctarum, devolute
fuerant in sinum matris, postque Anne obitum actor
querit recipere bona ista, pars autem adversa dicit
actorem non esse consanguineum istius domine iuxta
scripta vestra, extunc patruus germanus propinquior est
ad ista bona post filiastram suam, quam actor, sua
simplici proposicione et allegacione ad eadem devenire
posset. De forma iuris.

Ius Supr. N. 11 str. 41.

x) wyraz niezrozumiały, jakby dm̄ (dni = domini)

1484.

Feriâ IIII.ta die s. Thome Cantuariensis. Sentenciâ castri Sanocensis. — Ex quo pars adversa mediante litera regie maiestatis, quam coram vestro iudicio reproduxit, se revocat ad regiam maiestatem iuxta scripta vestra, extunc merito pars eadem adversa remitti debet in eadem causa ad regiam maiestatem. De forma iuris.

Kn. Supr. II 11 str. 52.

1491.

Feria sexta in vigilia sancti Adalberti. Sentencia de castro Zanocensi. – Ex quo ipse actor insinuauit, quod partem respondentem, vtrum iuxta iecrcionem priorem pars aduersa deberet respondere, et pars aduersa dicit, inter ipsam et actorem habere terminum simpliciter transpositum ad iudicium hodiernum, dicens se procuratorem habere non posse propter diluuium aquarum et affectat habere diem longiorem sui per sex septimanas ad importandum ortelegium iuris supremi et actor non contradixit et ius vestrum decreuit, quod procurator partis aduerse debuit statim respondere, extunc pars aduersa propter legale impedimentum sui procuratoris debet habere ad sex septimanas et ibi in termino respondere et in hoc sentencia vestra est cassa. De forma iuris.

Zur Sign. N. 11 str. 128.

Feria 5 post Viti. Sentencia de castro Zanocensi, supremi Iuris Teutonici castri eiusdem. – In qua actor per procuratorem suum in querela proposuit, quod pars adversa non habens aliquam propinquitatem naturalem, nec matris sue consensum teneret et possideret matrimonium suum, hoc . . . .[1] advocaciam Zanocensem, super quam olim pater suus advocatus Zanocensis recepisset ab avo suo villam Gyndrziszkowycze in vim dotalicii uxori sue, hoc est matris sue, pro eadem villa eidem matri sue inscripsisset super advocaciam Zanocensem et molendino CCC^ta et XV marcas, et pars adversa per procuratorem suum respondit super actoris querelam et inscitacionem dicens, quod patri suo Leonardo idem dominus Iohannes sub . . . .[2] advocatus Zanocensis vendidit eviterne et suis legittimis successoribus et inscripsit, prout acta vestra sonant, medietatem molendini sub monte civitatis, medietatem molendini equestris eviterne cum omni iure et proprietate, sicut solus tenuit, secundum quod sentencia et privilegia ipsius domini Iohannis advocati Zanocensis lacius canunt, pro V^c et 50 florenis Vngar. et hoc in spem reempcionis et omnes carnifices cum ipsorum censu et obediencia, similiter et medium balneum cum ipsius

1) qt. 2) pmtna

censibus, addita condicione, quod intra spacium X anno-
rum ipse dominus Iohannes aduocatus Innocensis et sui
legittimi successores dictas medietates cum molendino,
carnificibus et balneo eximere possunt, datis V^C et 50 flo-
renis, et pater domini Leonardi partem suam in V^C et 50
florenis sibi inscriptam, tenuit et possedit pacifice et quiete
annum et diem, 2um, 3um et 4tum. Post cuius Leo-
nardi mortem ego tamquam heres post patrem tenui et pos-
sedi annum et diem, 2m, 3m usque ad 6 annos vel citra
in pace iuxta inscripcionem in actis vestris contentam, iux-
ta scripta vestra. Extunc pars aduersa iuxta inscripcionem
pacifice in summa tenere debet absque quouis impedimen-
to. De forma iuris.

Ius Supr. N. 11 str. 130.

Sąd wyższy leński

w Tyńcu.

1411. Acta feria quinta proxima post diem sancti Luce evangeliste. — Dominus Petrus vicedarius domini episcopi Cracoviensis, rector medie partis ecclesie ad sanctum Iacobum in Kazimiria docuit coram nobis bannito in iudicio sedentibus et sufficienter approbavit per suum privilegium, quod non alibi debet respondere, nisi coram iudicio iuris supremi in monasterio Sliwicensi.

Ius Sup. N. 1 p. 525.

70

1471.

Feria secunda post dominicam Inuocauit. Sentencia de Thymiecz de supremo Iure. — Quod ex quo parter tam agens, quam eciam respondens terminum eis iudicialem mutuo ex consensu inuicem habito, ad feriam quintam ante festum sancte Katherine receperunt, ipsorum de bona voluntate sine aliqua astrictione non denotando aliquam horam uel presens (?) diei, qua aut quo debuissent iudicio parere, neque ad iudicium bannitum neque eciam in ulteriori die, sed simpliciter ad feriam quintam ad respondendum insinuacioni cause suscepte inter se mutuo pro querela; in quo quidem termino iudiciali ipse nobilis Iohannes Chawinsky propria stetit in persona, prout hoc ipsum ex scriptis vestris percepimus, responsionem suam dare volens ad proposicionem actoris, sed propter absenciam sui procuratoris causam suam ignorans per semet ipsum deducere, eodem durante iudicio traxit se ad eundem suum procuratorem ad sciendum sui, in eo vos causam hanc vobis accepistis ad interrogandum alias na frist, et adhuc tunc iudicio sedente ipse nobilis Iohannes Tkawinsky audiens suum procuratorem venturum, postulabat iudicium ipsum expectasse et cum ipse nobilis Iohannes Tcawynski in eodem termino et eadem feria quinta solus personaliter stetit, volens suam responsionem dare ad proposici-

./.

nem actoris, sed protunc suum procuratorem non habuit, ex-
tunc luendo iudicio in pena et emenda adhuc ad suam res-
ponsionem devenire potest et causam suam defendere non po-
test. De forma iuris. Et in eo sentencia vestra scabinalis
habet robur firmitatis et sentencia appellantis nullius est
momenti.

Ius Supr. N. 10 f. 386.

Brostów
Dębica
Pilzno
Tyczyn

1499.

Feria tercia ante Prisce. Sentenciā de Broszow ex iure scultetorum. — Ex quo vobis decreuerimus ante decursum anni, quod actores si probare possunt, ut iuris est, quod pater eorum cum patre partis aduers- se fuit indiuisus in bonis eisdem, tunc ad sortem pa- trimonij devenire possent et hoc est iuris, quod met- septimus probare debet, ut spectat ad hereditatem. Et hic tantum tres adduxit testes, ex quibus duos pars adversa non suscepit, quia sunt ex iure simplici et non scultetorum, quia causa pro sculteciā agi- tur, requirentes ex iure, an valeant ad testimonium peribendum iuxta scripta vestra, igitur cum pars adversa nullam eis culpam infamie infingit, ex- tunc isti duo viri sunt valentes ad peribendum veritatis testimonium cum alijs probis et in honore conseruatis et cum talibus actor testificari potest. De forma iuris scripti.

Tur. Sigs. N. 11 str. 265.

1470. 74

Feria IIII post Circumcisionem Domini. Sentencia de Dambicza: de iure scolteborum distribucioque dominorum in Dambicza. — Quod si litera terrestris domini iudicis et subiudicis in se continet, quod domina Anna, soror germana domini Johannis inscripsit se et recessit a paternalibus et maternalibus dicte ville Gumniska, nichil denominando neque ius theotunicum vel terrestre, et eadem bona dicte ville tam hereditaria quam eciam scoltecie vnaninter coniuncta sunt et iacent in vna et eadem villa, extunc si ipse dominus Johannes hoc docere poterit, ut iuris est, quod ipsa domina Anna a talibus bonis recessit, tunc causa circa talem inscripcionem iuris terrestri (!) remanere debet. De forma iuris.

Tir. Sądz. N. 10 str. 361.

1411. Acta feria quinta in vigilia sancti Stanislai tempore mensis Maij. – Nicolaus Crewcze de Pilszno causam suam iure obtinuit erga Nicolaum Lantwoyt de ibidem in causa infamacionis publicinij et sunt sibi XI. marce adiudicate mediante sentencia iuratorum Iuris supremi predicti, pro quibus XI. marcis Gallus ciuis Cracouiensis fideiussit eidem Nicolao Crewcze ut supra.

Ius Supr. N. 1 p. 511.

1461.

(Feria quarta in vigilia s. Nicolai). Sentencia de Tyczin de iure feodali scoltetorum inibidem eadem die. — Quod ex quo contra suum aduersarium pro quatuor marcis et quinque grossis debiti cum iudicij banniti et registri testimonio est querulatus, quas quidem quatuor marcas cum quinque grossis nobilis Albus dux sibi tenebatur, et quod ipse actor nobili Mykulecz, tutori puerorum eiusdem Albi ducis terminum dedit nomine eorundem puerorum ad annos discrecionis, et ex quo dictus aduersarius eadem bona predictorum puerorum post patrem suum nunc possidet et in tutelam successit, prout nobis scribitis, extunc idem aduersarius contra huiusmodi iudicij banniti et registri testimonium predictum debitum dictarum quatuor marcarum et quinque grossorum eidem actori minime negare potest, et hoc, quod idem aduersarius dicit se eadem bona in suis pecunijs possidere, ipsum in hac parte suffocare non potest, sed predicto actori pro premisso suo huiusmodi debito tenetur satisfacere quoad plenum. De forma iuris.

Ius Sup. d. 10 ii. 14.

1389.

Nos Dragomirus iudex et Kreslaus subiudex terre Cra-
couiensis generales notum facimus, quibus expedit, vniuer-
sis, presentem literam inspecturis, quod cum pro tribunali
sedebamus, accedentes ad nostram nostrorumque assessorum
presenciam honeste domine Dobrca, Katherina de Bancowicz,
Agnes de Mnicow, Margetha de Slawcouicz, Offca de Bozi-
mecz, non compulse, nec coacte, aut aliquo dolo circumuente
sed bona ipsarum animi deliberacione, consilioque suorum
amicorum prehabito, omnes partes hereditatis ipsarum in
Raduanowicz, ipsas materna concernentes ex successione,
cum omnibus et singulis vtilitatibus, que ibidem sunt et
fieri quomodolibet possunt in futuro, quibuscumque nomi-
nibus vocitantur, secundum quod sunt in suis metis lon-
ge lateque circumferencialiter distincte et limitate, prout
soli (s) tenuerunt, habuerunt et possederunt, nichil pro se
iuris, dominij et utilitatis in ibidem reseruando, famato
viro Iacussio Lathosek dicto de Raduanowicze, ibidem
heredi, pro XXV marcis grossorum Pragensium nume-
ri consueti, in regno decurrentis, in perpetuum vendi-
derunt et iure hereditario tituloque vendicionis resigna-
uerunt, renunciantes omni impeticioni et religacioni in
premissis partibus hereditatis ibidem in Raduanowicz,

-:-

ced per ipsum Tacussium suosque liberos et legitimos suc-
cessores perpetuis temporibus tenendas, habendas, vendendas,
donandas, tenuandas (!) et pro sua suorumque voluntate suc-
cessorum convertendas. Quas quidem XX^ti quinque marcas
ipse Tacussius predictis dominabus de suo patrimonio exsol-
uit ex integro. In cuius rei testimonium sigilla nostra presen-
tibus sunt appensa. Actum et datum Cracouie feria 3^a post
Oculi dominicam, anno domini M°ccc°LXXX° nono. Pre-
sentibus hijs: Umbramo de Rogow et alijs multis fidedi-
gnis personis, que sunt: Borzone Isczeniecz, Wenczeslao
de Marczinowicz, Mathie (!) de Jastrowicz, heredibus,
Widrga de Dirwen, Friczkone de Opatowicz [camerarijs
. . . . . .] iudicum et alijs multis fidedignis.

Ius Supr. N. 1 p. 124.

Kobiety zeznają same bez tutorów,
Zlebejusz nabywa dobra rycerskie.

Wladislaus dei gracia rex Polonie, Litwanieque prin-
ceps supremus et heres Russie etc. Cunctorum, quibus expe-
dit, noticie commendamus, quomodo nobilis Hedwigis re-
licta olim Ottonis pallatini Sandomiriensis, pluribus nego-
cijs occasione videlicet occupata, terminis iudicialibus ne-
quit personaliter interesse, unde nostre gracie sibi ad hoc specia-
liter accedente, prefata domina Hedwigis fecit, constituit
et prout potuit, ordinavit suum verum et legitimum
procuratorem, actorem, factorem et negociorum gestorem
hunc videlicet, qui presens procuratorium exhibuerit l.
demonstrando, in omnibus suis causis, quas vel habuit
bitura cum quibuscumque personis coram quocumque vel quibus-
cumque iudicio seu iudicibus, dans et concedens eidem
suo procuratori plenam et omnimodam potestatem a-
gendi, defendendi ac generaliter alia omnia et singula
faciendi, que ipsam constituentem facere et facere
posset, si personaliter interesset, promittens omnia se
rata et grata habendum, quidquid per eundem suum
procuratorem decretum, factum et ordinatum fuerit
in premissis. Presencium sub sigillo nostro testimonio
literarum. Datum in Zarnowecz, feria 2a post diem
Laurencij martiris, anno Domini M°CCC° [LXXXVII].

Ius supr. N. 1 p. 142.

Pełnomocnictwo bezimienne.

1399.

Post Conductum Pasche. — Nos advocatus supremi iuris Theutunici castri Cracouiensis vnacum scabinis eiusdem iuris, in causa, que vertebatur inter nobilem virum Taskonem de Ławszchow, parte ab vna, et circumspectos viros iuratos seu scabinos supremi iuris curie Sandiciensis, parte ab altera, dedimus de forma iuris Theutunici eidem Taskoni terminum ad sex ebdomadas, quod produxisset suum testimonium, prout se solus astrinxit, contra iuratos eosdem curie Sandiciensis pro eo, quod idem iurati male ~~et~~ iurassenter (?) pro causa, quam inter eundem Taskonem et suos aduersarios in presencia (?) nostri iuris supremi pronunciassent. Quo termino adueniente idem Tasko non comparuit, neque per dictum testimonium contra eosdem iuratos, prout se solus astrinxit approbando produxisset; ipsi vero iurati per suos procuratores comparuerunt instantes ad videndum probacionem per testimonium ipsius, prout prius dictum est. Eciam idem Tasko mittens suum ad nos famulum, se per eundem excusauit, dicens, quod pro maioribus causis haberet agere coram camerario domini Michaelis iudicis Cracouiensis in districtu Beiciensi, quantum ista causa est. Ipsi vero iurati respondebant dicentes, quia causa nostra esset maior, quam noster honor hic constat, si contra nos approbare posset, vnde

./.

nos superhabundanti inter ipsos terminum ad VIIII dies disposuimus, eidem Taskoni mandantes, quod nisi per aliud legale impedimentum se excusasset, ut personaliter cum testimonio prescripto contra eosdem iuratos advenisset. Qui Tasko nec in primo termino longiori sibi per nos legitime posito et assignato, nec in secundo superhabundanti posito per se nec per alium suum nunccium seu procuratorem cum eodem testimonio comparere curavit, ipsis vero iuratis in terminis prefixis comparentibus et ipsius Taskonis contumaciam accusantibus coram nobis. Igitur nos videntes ipsius Taskonis contumeliam (!), quia in terminis prenotatis comparere cum eodem testimonio non curavit, ipsos iuratos curie Sandeciensis ab impetu ac impedimento mediante sentencia banniti nostri iudicij ipsius Taskonis liberos facimus et in perpetuum pro eisdem causis liberos presentibus sentenciamus, ipsum Taskonem ipsis iuratis in penis et expensis et nostri iudicij emendis seu penis condempnantes. Datum in castro Cracoviensi in octava Corporis Christi, anno Domini M°CCC° 9mo nono.

N. 1 p. 130.

1399.

Feria quinta post festum Natiuitatis Marie. — Consules et iurati de Albe Ecclesie miserunt nobis duos veros, videlicet Tekelonem et Boguseh cum litera sua, petentes nos ab ipsis ipsorum causas audire et secundum hoc secundum formam iuris Theutunici ipsas iudicare. Et nos eos interrogauimus, utrum ambo vellent eorum causas coram nobis nostro in iudicio tractare et determinare, tunc Tekel dixit, quod vellet, et Boguseh dixit, quod nollet, tunc Tekel dixit: domini karissimi, protestor vobiscum, quod non (!) ipse non wlt coram vobis iuri comparere, ideo remitto me e converso ad iudicium ciuitatis Albe Ecclesie, coram quo causa est inchoata, iudicium vestrum cum hoc non spernendo sed in omnibus laudando.

N. 1 p. 138.

1407.

Wladislaus dei gracia rex Polonie, Lithuanieque princeps supremus et heres Russie, significamus*, quibus expedit, universis, quod consideratis fidelitatum studijs, quibus fideles nostri, consules Chancinenses, in conspectu nostre maiestatis plurimum claruerunt, horum intuitu volentes gracia prosequi speciali, ipsos circa omnia et singula iura, quibus temporibus olim regis Kazimiri gaudebant, relinquimus et servamus, et presertim, quod coram nullo alio, quam coram ipsorum advocato, qui pro tempore fuerit, respondere teneantur; si vero per aliquem iudicium advocati predicti impugnatum fuerit, extunc predicti nostri Chancinenses non alias, quam ad iudicium supremi Iuris Theutunici castri nostri Cracoviensis trahi debent, in quo cuilibet de se querulanti respondere sunt astricti. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Chancini feria tercia proxima post festum sancte Hedwigis, anno Domini millesimo CCCC^{mo} septimo.

Iur. Sup. N. 1 p. 371.

Venientes dominus Stanislaus heres de Bobowa et Stachna vxor sua legittime sabbato proximo post diem Purificacionis sancte Marie virginis gloriose, petiuerunt iudicium banniri et fuit bannitum. Coram quo iudicio quesiuerunt sentencialiter dari, ex quo mediam aduocaciam in Bobowa et totas partes in Grebowa et in Tuchow ac integras suis pecunijs et laboribus emerunt et comparauerunt, si illas resignare et donare, cui eis placet, (possunt), et pronuncciatum finaliter, quia possunt donare, dare et resignare, cui volunt. Deinde retulerunt, quod prolem habent: duos filios Sigismundum et Pasconem et tres filias Elizabeth, Hedwigim et Annam, et inter eosdem fecerunt diuisionem ita, quod in porcionibus bonorum mobilium et immobilium contingencium prolem predictam, filiabus predictis porciones earum diuiserunt pecunijs, filijs autem pro porcionibus eorum donauerunt, donant et resignant in Grebowa et in Tuchow integras predictas aduocacias, in Bobowa vero mediam aduocaciam cum omnibus ipsarum (!) pertinencijs, fructibus, prouentibus, censibus ac pleno iure, sicud[6] ad ipsos dinoscunt pertinere, et nichilominus ad confirmacionem pronuncciandam aduocatum et scabinos constituerunt tutores Mathiam de Tzolow dantes sibi potestatem et mandatum donandi,

/.

et resignandi ac confirmacionem obtinendi.

Tir Sup. N. 1 p. 385.

1408.

Actum feria quinta proxima post festum sancti Stani-
slai. - Sequitur appellacio Jasconis de Stuppow ad domi-
num regem. Domine iudex et domini iurati! Ego Jasco
dico senteciam predictam iniustam, primo quia prius
debebat dari sentencia super literis, a quibus domine ad-
versarie recesserunt et abnegaverunt easdem et eadem
non data per istam abiudicastis michi causam; secun-
do quod in ista sentencia pronunciastis duas sentencias,
quod non debuit fieri de iure. Et hoc dico pro senten-
cia meliori.

Ius Sup. N. 1 p. 401.

1408.

Feria quinta in octaua Corporis Christi. — Nos Andreas Czamiszka aduocatus prouincialis Iuris supremi Theu., tunici castri Cracouiensis, per serenissimum principem ac dominum, dominum Wladislaum Dei gracia regem Polo„ nie etc. vnacum scabinis iuratis eiusdem iudicij infra„ scriptis ad id specialiter deputatus, significamus om„ nibus etc. quibus expedit, vniuersis, presentem literam in„ specturis, quomodo dum more solito et loco consueto ban„ nito in iudicio presidebamus, coram quo iudicio Pauli vinctonis de Olszenicza in causa Boguthe ministerialis recognouit, quod scabini antiqui et seniores de Olszenicza in agros et hereditatem adiudicatam, sicut idem sca„ bini coram supremo iudicio recognouerunt et sicut ad„ uocatus et scabini supremi Iuris demandauerunt dicto ministeriali dare intromissionem et eandem dabant, sed dominus prepositus Sweriniciensis inhibuit per su„ um aduocatum de Olszenicza eandem intromissio„ nem dare et Paulus predictus per suum prolocuto„ rem super hoc conquerebatur de domino preposito pre„ dicto et tunc idem prepositus respondit, quod de iure fecit tamquam in Gregorio Gamrath et in ipso Pau„

lo et Mathia filio suo eiusdem Pauli mortuo acquisivit triginta marcas et in eisdem triginta marcis ipsi preposito hereditas predicta fuit assignata et hoc per literas rei indicare probavit. Et domini advocatus et scabini iuris supremi interlocuti sunt, quod sentencia, per quam adiudicatur hereditas in Paulo, debet habere vigorem, quod hereditas est ipsius, eciam quod litere domini prepositi debent habere vigorem et inhibicio stare debet domini prepositi predicti tamdiu, quousque Paulus acquisitas pecunias XXX marcarum adiudicatas ipso preposito exsolvet et tunc dominus prepositus iuxta sentenciam eandem obtulit se Paulo predicto paratum assignare hereditatem predictam, quando sibi XXX marcas predictas exsolvet iuxta sentenciam promulgatam. In cuius rei testimonium presentem literam scribi iussimus etc.

Ius Sup. N. 1 p. 408.

1408. Acta feria quinta proxima post festum sancti Martini confessoris. — Andrea alias Ledgerz de Wangrzeze condempnatus in penis contra aduocatum et iuratos de Zawawa (?) mediante sentencia iuratorum Iuris supremi Theutunici castri Cracouiensis pro eo, quod ipsos minus iuste citare procurauit ad Ius supremum castri Cracouiensis predicti, et ex eo debet cuilibet iurato per XXX solidos denariorum emende soluere et aduocato penam per octo solidos denariorum.

Ius Supr. N. 1 p. 433.

1409. Acta feria quinta proxima post Conductum Pasce. — Paulus de Slumpniky lapsus est et condempnatus in penis advocato et iuratis de Mechowia pro eo, quod ipsos non de iure citavit et ex eo tenetur cuilibet iurato per XXX solidos denariorum et advocato per octo solidos denariorum et hoc promisit ipsis dictus Petrus ad duas septimanas solvere et submisit se sub iure alciori.

Ius Supr. N. 1 p. 451.

1412.

Acta feria quinta proxima post diem Epiphanie Domini. — Dominus Imbram iunior heres de Czulicze, nomine procuratorio domine Margarethe uxoris Andree sculteti de Pobedniky et Elizabeth virginis, ipsius domine Margarethe germane sororis, obligavit se privilegium excepcionis in quatuor septimanis hic coram iudicio bannito ponere contra nobiles dominum Iohannem et Spithkonem fratres germanos, heredes de Mölsten, quod non debet hic domina Margaretha et Elizabeth sorores predicte prefatis heredibus de Mölsten pro predicta sculteciа in Povedniky de iure respondere, sed in Sverzinecz in iure ipsarum et pro iuramentis, ut supra, die eodem terminum peremptorium habent ad id faciendum.

Ius Supr. N. 1 p. 540.

1412.

Acta feria quinta proxima post diem Purificacionis sancte Marie. — Stanislaus Bogutka ministerialis de mandato domini Wyszci heredis de Brzeze, marszalci regni Polonie, et ex decreto consulum sex iuratorum, qui consules tunc temporis cum predicto domino marszalkone causam vertentem inter honestam Magdalenam relictam Petri Spiczmiri de Cracouia, parte ex vna, et inter nobilem Fennam aduocatissam de Pilszno, parte ab altera, pro media parte aduocacie ibidem in Pilszno, in castro Cracouiensi iudicauerunt et post sentenciam latam demandauerunt Stanislao Bogutke ministeriali equitare ad Pilznam et interdicere omnes census et prouentus, qui pertinent et spectant ad medietatem aduocacie ipsius Magdalene in Pilszno, quod domina Ffenka nichil penitus atemptare debuit in eisdem, et hoc idem Stanislaus Bogutka ministerialis predictus coram iudicio nostro bannito recognouit, quod se factum ita habuit, quod predictum censum tunc temporis interdixit.

Ius Supr. N. 1 p. 549.

1415.

Acta feria quinta proxima post diem Omnium Sanctorum. — In causa Nicolai Bëthner, actoris, parte ex una, et Osanne relicte olim Iwarzonis rec, parte ex altera, de Cracovia civis, quemodo Nicolaus Bëthner predictus sentenciam Iuris supre„mi Theutunici castri Cracouiensis contra ipsum, ut dicitur, non secundum iuris formam latam et pronunciatam, coram iudice perfetuo et iurato, per serenissimum principem dominum, domi„num nostrum Wladislaum Dei gracia regem Polonie, adhoc specialiter electo, locato et deputato, prout moris est, vituperare debuit, sed propter absenciam domini Andree aduocati predicti et aliorum scabinorum iuratorum, confratrum iudicij pre„dicti eciam absenciam, eandem sentenciam coram Iohan„ne Zaler iurato per dominum Cristinum de Ostrow castel„lanum et capitaneum Cracouiensem aduocato ad tempus hodiernum substituto ad discernendum causas hominum, quas discutere posset, locato, et coram iuratis nonnullis, suis aduersarijs, in hac causa sibi suspectis, Nicolaus Bëthner predictus dictam sentenciam vituperare noluit, requirens in Iure sentencialiter, utrum habere possit terminum usque ad aduentum domini Andree veri aduocati iudicij su„premi predicti, Iohannes vero aduocatus substitutus pre„dictus respondendo dixit, quod huiusmodi cause tum ma„gne onus in se assumere nollet nec welt, et quod ex quo

veterius scabini et iurati inter se sunt diuisi et discordes, et-
eciam quod ex quo litera scabinorum ciuitatis Cracouiensis no-
bis scripta et presentata, non declarat hodie aliquem ter-
minum peremptorium nec horam et diem nec aliquam
obligacionem Nicolai Bőthner in eadem litera inuenir
possumus, ideo quamquidem literam Vrsula Sworpeschco-
nis procuratrix Osanne predicte se trahit et remittit, cu-
iusquidem litere scabinorum ciuitatis Cracouiensis pre-
dicte tenor sequitur in hec verba:
"ffruntschuft czuuor. Ersamen, weysin, libin frun-
den! Das vorsegilt ortil, das von euch komen ist an
vns, als in der sachin czwisschin Niclos Bőthner
von eyn, vnd Warschynne vom andri teyle, vnd das or-
til off gebrachin wart vnd gelesin am nehstin sonn-
obund nach Omnium Sanctorum vnd den beydin teil
kegunwortig stende, das eyn teyl das lybte das ortil,
als dy vraw Warschynne, vnd Niclos Bőthner der
lybte is nicht vnd wolde is nicht ofnemen vor eyn
recht ortil, das habin wir das vor euch off das haus
vorschobin in das hochstin deuschin recht. Gegebin
an dem selbigin Sonnobunde als obin M° cccc° XV^to.
Scheppin der stad Crac. Dem ersamen wolweysin
Richter vnd Scheppin des obirstin deuschin rechtis
czu Crac. Off dem hausse etc."

Et tunc perlecta eadem litera Iohannes advocatus predictus substitutus videns et considerans dissensiones non modicas tam inter iuratos, quam inter partes predictas et nichil ci-rem in facto requisivit iuratos et assessores suos predictos, qui presentes fuerunt, ordinarios, quod et quo iam sedimus ultra horam debitam et meridiem, utrum possunt iam surgere et proclamare usque ad adventum domini Andree advocati vel iuris sit, medietas vero scabinorum scilicet Symon et Stanislaus dixit, quod bene stare posset, et alia medietas, videlicet Sigismundus et Louvenborn dixit, quod hoc fieri non potest nec ipsorum assensum ad hoc dare volunt, sed dixerunt publice et manifeste alta voce clamantes, quod hodie esset dies et terminus vituperandi sentenciam nostram, quam iuste tulimus et pronunciavimus, sicut boni et honesti et idem Nicolaus Böthner dictam sentenciam nostram hodie vituperare debet alias succumbet in causa. Ex adverso Nicolaus Böthner respondendo dixit, quod nequaquam ipsam coram vobis vituperare volo, nisi quando dominus Andreas advocatus venerit, coram quo est pronunciata, et alii scabini, qui absentes sunt sciam interessent, quia adhuc plus habeo vobiscum facere quam hoc, et eciam tunc eandem sentenciam vituperare volo, prout iuris est, et alias facere nolo, nec Io-

hannem Zaler aduocatum substitutum in hac causa pro aduocato habere uolo et rogo, signetis hoc ad registrum. Et tunc vlterius idem Iohannes Zaler viceaduocatus requisiuit principaliter dominum Albertum Berzewiczky viceprocuratorem et Griffonem et demum iuratos, ex quo hic sunt auctoritate domini capitanei Cracouiensis locati et dominum procuratorem et nomine domini nostri regis graciosi, vtrum eadem auctoritate possunt terminum predicto Nicolao Bölmer cum suis aduersarijs dare et assignare usque ad aduentum domini Andree aduocati aut non, uel quid iuris sit, et tunc predicti procurator et nobis cum iudicio circumsedentes dixerunt, quod ex quo non est vnanimitas, sed discordes, extunc terminus predictis partibus dari et assignari de iure potest, quousque dominus Andreas aduocatus veniat, et quam cito idem dominus aduocatus veniet, tam cito iusticie complementum partibus predictis facere debet. Et tunc Boguthu ministerialis terminos proclamauit ad terminos sequentes.

Ius Supr. N. 1 p. 706.

1416.

Acta sunt hec feria quinta proxima post Conductum Pasche. — Quod coram nobis nostro iudicio in bannito personaliter constituti honesti viri, videlicet Nicolaus advocatus, Iohannes Porludek, Petrus Nossek, Petrus Lopzek, Mano Szczezina, Gregorius sutor, scabini et iurati de Dobschicze, non compulsi, non coacti, licet per circumspectum virum Nicolaum institorem de Cracouia iudicialiter ad causam prosequendam citati extiterunt, publice et per expressum recognouerunt, quod idem Nicolaus ciuis Cracouiensis iudicium domini Martini heredis ibidem in Dobschicze non vilipendit nec vilipensauit, nec sentencie de Iure Supremo late et pronunciate contradixit, nec in aliquo eidem sentencie et ipsis iuratis de Dobschicze derogauit, sed iudicium domini Martini prout decet, honorauit, nec eciam in aliquibus penis in causa ipsius actoris et Iohannis Maluzca de ibidem ciuis, per nos fuit condempnatus, sed ipsam sentenciam Iuris Supremi castri Cracouiensis tam Nicolaus actor predictus, quam Iohannes Maluzca ratam, gratam atque firmam parte ex utraque coram nobis susceperunt etc.

Iur. supr. 2, str. 13.

Feria quinta proxima post diem sancti Francisci confessoris ac martiris gloriosi. – Petrus de Praszowicze proponit contra et adversus advocatum et iuratos de Przibcowicze, contra quemlibet singulariter et specialiter, quod ipsi non exaudita proposicione actoris et responsione ipsius Petri rei, pecunias pro iure ad Ius Supremum castri Cracouiensis posuerunt et sentenciam emerunt, et ipsam verbotenus aliter exposuerunt in iudicio ipsorum bannito, quam est ipsis de libro regali exposita, iuxta quam sentenciam ipsi Petro manum dextram in medio brachij amputauerunt minus iuste, et si hoc vellent negare, premissa sibi non fecisse, ipse Petrus est paratus hoc idem probare. Pro qua quidem mutilacione Petrus predictus actor mille marcas postulat. Secundo proponit contra eosdem pro XXX capecijs siliginis, per unam mensuram computando, et pro una iumenta in valore unius sexagene, que sibi omnia minus iuste receperunt, una cum domino Tobierune ipsorum herede. Et super eisdem querelis petita est satisdacio alias gwar; ex adverso vero predicti advocatus et iurati de Przibcowicze responderunt negatiue, quod quidcunque dictus Petrus contra nos proposuit, in hoc nobis iniuriam facit et volumus narrata actoris, prout narrantur, euadere, prout Ius dictabit. Fer-

minus ad terminos proximos ad ferendum sentenciam.

Tur Lifs. N.5 sti. 20.

1427.

Nota feria V ipso die s. Dorothee sub anno Domi-
ni M° CCCC° XXVII°, comparens coram nobis, iudicio
nostro in bannito strenuus dominus Petrus aduocatus
Sanocensis, tanquam reus, ad instanciam honeste vidue
Elyzabeth, relicte Nicolai de Byecz, ciuis Cracouiensis,
Stephani et Margarethe, puerorum ipsius, prout per dic-
tas tres personas fuit legittime citatus, tandem prefa-
tus dominus Petrus dixit: domine aduocate! peti,
ut prius michi manifestetur causa hic coram vobis
vestro in iudicio, quam ille tres persone intendunt
contra me iudicialiter proponere. Exaudita relacione
supradicte cause idem Petrus aduocatus Sanocensis
dixit: Proponant, si quid habent contra me. Tunc
supradicta Elizabet cum Stephano et Margaretha
pueris eius, per ipsorum procuratorem proposuit iu-
dicialiter in prima querela in hec verba: Domine
aduocate! nos proponimus contra strenuum domi-
num Petrum aduocatum in Sanok, quod ipse vio-
lenter et absque nostra voluntate tenet et possidet
mediam aduocaciam in Sanok cum omnibus he-
reditatibus et censibus ad predictam aduocaciam
spectantibus, ad que bona nos melius ius habemus

quam dominus Petrus, et si hoc negare vellet, hoc pro-
bare sumus parati cum literis autenticis a vestro
iudicio Supremi Iuris castri Cracouiensis datis, sigil-
loque serenissimi principis et domini domini Wladi-
slai domini nostri graciosissimi, quo sigillo vestrum
iudicium vtitur, sigillatis et roboratis.

In secunda querela predicte tres persone contra eun-
dem dominum Petrum proposuerunt in hec verba: Domi-
ne aduocate! Proponimus iudicialiter contra prefatum
dominum Petrum, quod ipse violenter recepit de pro-
uentibus et censibus supradicte medie partis aduo-
cacie in Sanok a duodecim annis et ultra quolibet
anno per viginti marcas, que XX[ti] marce quolibet
anno nobis debuerunt cedere.

Exauditis vero proposicionibus sepedictus dominus
Petrus aduocatus contra se querulantibus quesiuit co-
ram nobis iudicio nostro in bannito, vtrum supradicte
tres persone haberent contra ipsum plura proponere,
que responderunt, quod pronunc non haberent. Tunc
prefatus dominus Petrus fecit sibi fieri satisdacio-
nem ulterius quer[ere], que fecerunt satisdacionem, et
idem dominus Petrus eandem satisdacionem sus-
cepit, confirmans eandem per suam eleuacionem
sui digiti et respondit super dictas querimonias:
Domine aduocate! Supradictas tres personas, vide-

licet E. S. et Mar. racione supradictarum querimoniarum predicte medietatis aduocacie in Sandc et omnibus contra me supradictis querimonijs iure euasi. Hoc volo probare litera iudicij banniti, coram quo iudicio bannito iftas euasi. Tandem per nos aduocatum et scabinos sentenciatum fuit et pro sentencia datum, quod prefatus dominus Petrus debuit docere coram nobis cum litera a iudicio bannito in termino longiori, hoc est in sex septimanis, prout se obligauit.

Nota feria V ante festum Annunciacionis sancte Marie, dominus Petrus aduocatus Sandecensis literam iudicij banniti coram nobis non posuit nec presentauit, prout se obligauit, nec personaliter in dicto termino longiori comparuit, sed nunccius suus per litteram regalem terminum partibus ad presenciam domini regis ad ciuitatem Crosnensem assignauit, de qua tamen litera regali antea se protegendi nullam fecit memoriam.

Kŭ Sąd. t. 2 str. 364

1426.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie etc. Prouidis aduocato et scabinis Supremi Iuris Theutunici iudicijs nostris in castro Cracouiensi presidentibus, presentibus requirendis, fidelibus nostris dilectis, graciam regiam et omne bonum. Fideles nostri dilecti! Pro parte prouide Elyzabeth relicte olim Nicolai de Byecz, ac Stephani et Margarethe puerorum ipsius, coram nostra est exposi-tum maiestate, quomodo cum strenuo Petro aduocato Sanocensi, pro media parte in Sanok dicte aduocacie a tribus annis uel citra ipsis apud vos iusticie complementum fieri non possel et asserunt, quod idem literis nostris mediantibus in causa huiusmodi ipsis dilaciones facerent vsquemodo. Et quia nos vnicuique iusticiam reddere tenemus ex debito, ideo mandamus vobis seriosius et districte precipientes, quatenus predictis Elyzabeth, Stephano et Margarethe cum prefato Petro pro media parte aduocacie predicte, sic ut prefertur, iusticiam completam et expeditam omnino debeatis ministrare, non obstantibus eciam literis nostris quibuscumque, si que in contrarium ipsis in causa eadem a nobis hactenus processerint. Secus non facturi. Datum in Crasnistaw feria VI ante Dominicam Ramispalmarum, anno Domini M°. cccc°. vicesimo sexto.

Ius Sup. N. 2 str. 365

1427. 96

Item sub anno domini M°. CCCC°. XXVII°, feria tercia pro-
xima post festum Omnium Sanctorum, venientes honesta domi-
na Elyzabeth relicta Nicolai de Byecz, ciuis de Cracouia, cum
Stephano filio ipsius ac Iohannes Vnger sartor de ibidem, gener
dicte domine Elyzabeth, nomine filie ipsius, parte ab una, et
strenuus dominus Petrus aduocatus Sanocensis, parte ab altera,
ad iudicium bannitum, quod vero iudicium Sex Ciuitates vna-
cum magnifico domino, domino Nicolao de Michalow palatino
Sandomiriensi et capitaneo Cracouiensi ex mandato serenissi-
mi principis et domini, domini Wladislai dei gracia regis
Polonie speciali presidebant, et coram quo iudicio dicte Sex
Ciuitates causam et causas inter partes et partem verlentes
non potuerunt diffinire, tandem dicte Ciuitates cum con-
sensu domini capitanei prenominati partibus terminum ad
terciam diem post festum Purificacionis, necnon aduocato et
septem scabinis Iuris supremi castri Cracouiensis dederunt et
assignauerunt tali condicione, quod Ciuitates sex pretacte
necnon partes prenominate vnacum aduocato et septem sca-
binis pretactis, non citando ad terminum ipsis determi-
natum sub pena debent comparere et dicte ciuitates
causas inter partes motas debent ad finem determinare
ac diffinire iuditate absque omni prolongacione termi-
norum, et si que pars sicut Elyzabeth ipsius cum pueris

vuit dominus Petrus advocatus ad dictum terminum non com-
paruerit, extunc pars non comparens causam suam perdet et
totaliter amittet. Sciam si dominus capitaneus in termino
pretacto ac determinato cause istius non potuerit interesse, ex-
tunc quemcumque loco ipsius in hac causa cum Civitatibus
pretactis constituerit consedere, eidem constituto omnimodam
dant et concedens potestatem, tamquam ipse personaliter in-
teresset.

N. 2 p. 365.

1481.

Feria II post Palmarum. — Hericli Holst von Elbing velut plenipotens Casper Seyge de Thorun veniens manifestauit domino aduocato, quod senteciam contra ipsum latam ex Iure supremo, pro iure non suscepit, volens appellare ad Sex Ciuitates. Cui dominus aduocatus diem assignauit et prefixit ad iudicium expositum x) proximum post sancti Georgy in crastino ad prosequendum dictam appellacionem ad Sex Ciuitates. Et dominus Johannes Scholtze fideiussit pro XIIII sexagenis regalibus et pro emendis vndecim scabinorum.

Ius Sup. N. 11 str. 1.

x) optum

Postępek sądowy.

Gdy strona wybitą zostanie z wwiązania,
w powinnym zapłaceniu zakładu zarzędu,
nie będzie mógł być stronie dany po raz wtó-
ry wwiązania z zakładu, który stronę pozo-
stawi z dobra pozwanego wwiąże i może
zakład w podwójnej wysokości wyłożyć.

1505. Radom § 18.

Postępek sądowy.

Jeśli pozwany po raz wtóry [illegible] nie wybieże, pozwany przed sąd grodzki, nie jest winnym i jednem [illegible] czy słowie, czy nie, na zapłacenie [illegible] ma być [illegible].

1505. Radom § 19.

Postępek sądowy.

Po powtórnem wybiciu porwanego z więzien.
ma starosta ubrażony i oprawiony materycie,
aby opór porwanego złamać pozrąbał, udaje
się do obrócenia z woźnymi i tam po stronę po
rozkazach więźniów, nakładając zakład
w spokojnej wesołości. Przy wymierzaniu
w porządku liczy się tam, z którego czyni
rozumi 1 rak wynosi za 10 razy, gdzie zaś

nie na łanach świadczących czyli czynszowych,
tam role. Prócz 1 korca żyta zasiewu li.
czyli za 1 miarę czynszu rocznego.

1505. Radom § 20.

Postępek sądowy.

101

Przy wwiązaniu strony po raz trzeci w dobra pozwanego, winien starosta wobec pozwanego, jeśli jest obecny, oraz wobec sąsiedztwa tych, w których wwiązanie następuje, na rzecz czyją i w jakiej sumie przezyskowów to wwiązanie następuje, winien wydać listy egzekucyjne i ustanowić zakład potrójny. 1505. Radom § 21.

